



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Defensio Abbatiæ Imperialis S. Maximini**

**Zyllesius, Nicolaus**

**Treveris, 1638**

71. Philippi II. Hispaniarum Regis Epistola ad Priorem & Conuentum S.  
Maximini Data, Anno MDLVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14268**

iorum suorum vestigijs insistendo, fateatur omnia & singula in Conuentibus præfatis acta ratificare, ipsumque Ducem Luxemburgensem pro suo Aduocato & protectore iuxta veterum litterarum tenorem recognoscere, pollicere. que se deinceps omnia facturum Cæsareæ Maiestati, ut Duci præfato, ad quæ Abbates Sancti Maximini Duci Luxemburgensi, tanquam Aduocato ac protæstori suo de iure vel consuetudine recepta tenentur, quæque præfati eius prædecessores Sancti Maximini Abbates fecerunt, saluis tamen Imperij, & ipsius Monasterij alijs iuribus. Adhæc cum ad Aduocati officium pertineat indemnitati, incolumitatique Monasterij prouidere, multis certè nominibus commendam istam ab D. V. obtentam, damnosam ei periculosamque iudicamus, id in primis verentes, ne occasio sit præbita Romanæ Curiaæ eandem Abbatiam sibi deinceps usurpandi. Ut verò huic rei prospiciatur, & ne quid si bi Conuentus de indulto Cæsareæ Maiestati ab Leone Pontifice concessio, me tuat, liberam ei electionem permittere Cæsarea Maiestas contenta erit, dummodo tamen vicissim Conuentus promittat, quod deinceps in nullam commendam vel incorporationem citra præfati Ducis Luxemburgensis, tanquam Aduocati sui scitum & voluntatem consentier. Quibus quidem de rebus, si ad nos litteræ in debita forma expeditæ mittantur, contente erimus, tam arrestum ac processum cassare, quam etiam in Commendam D. V. concessam vita ipsius durante consentire. Quæ quidem, ut rationi & omni æquitati maximè sunt consona, ita etiam D. V. voluntati non fore aliena speramus, liberum eidem D. V. relinquentes, vel à nobis oblata acceptare, vel iudicio rem prosequi; in quo, ne quid merito conqueri possit, iustitiam ipsi cum omni securitate, seu in iam cœpto Iudicio, sive, si ibi se grauatum senserit, in superiore eiusdem administrari iubebimus, ac in cæteris fouendæ mutuæ amicitiaæ ac bona vicinitatis, vt haetenus fecimus, nullum studium, operamue intermittemus. Deus Opt. Maximus D. V. diu seruet incolumem. Datum Bruxellæ xx. mense Februarij Anno Domini MDL.

## 71.

*Philippi Secundi Hispaniarum Regis Epistola ad Priorem  
& Conuentum Sancti Maximini Data  
Anno MDLVII.*

PHILIPS von Gottes Gnaden König zu Hispanien/ Engelhardt/ Frankreich/ Neapolis vnd Sicilien/ ic. Erzherzog zu Oesterreich/ Herzog zu Burgundt Brabant/ ic. Graue zu Flandern/ ic.

**N**sern gnedigen Willen/ mit allem gutem beuor/ Würdigen Lieben andächtigen/ Dennoch Wir in erfahrung kommen/ wie das durch weilande des yechstgewesenen Thürfürsten zu Trier/ thödlichen abgang das Gottshaus zu Sanct Maximin ledig/ vnd derhalben mit einem Prelaten von neuem zuverschen sein soll/ haben Wir in betrachtung vnsers obligenden Ambts/ das Wir als Herzog zu Luxemburg vñ Schutz vnd Schirmherr gedachis Gottshauses/ sonderlich aber zurforderung der ehrenvñdienstis Gottes/ vnd dan zu mehrrem desselbigen vffneminen vnd wölfart willen

billichen tragen nit vnderlassen wollen euch mit diesem Unserm schreiben gnediglich zu  
besprechen. Und ersuchen euch dernhalben ganz gnediglich ansinnend vnd begerende/  
schr wollet ermelts Gottshauß durch furstehende ewer gemein eindrechige Wahl mit  
einer chrlischen Christlichen person/ so ewers Ordens vnd wesens/ vnd die personalich sol-  
chem beuelch vorstehe/ auch des Gottshaußes gaislichen vnd weltlichen sachen/ wie sich  
geburt/ noturffuglich vnd zum besten abwarte/ vnd sich auch gegen Uns/ als Unser  
Schutzverwarter/ wie sich nach altem herkommen vnd gebrauch eignet/ aller gebür vnd  
pillichkeit verhalte: verschen/ dadurch werdet schr nit allein Gott dem Almächtigen ein  
rechigefelliges gutes werck erzeigen/ sondern auch zu ewer aller vnd geminer woffahrt  
das Closter wiedrumb in voriges/ wesentliches thun vnd auffnemen/ stellen/ Und schr  
solltet euch/ da schr anders desfalls den nuz vnd woffart des Gottshaußes/ wie Wir mit  
zweiffelen suchen/ auch Uns als desselben fur gesetzten Schirmherrn/ wie von alters be-  
scheiden/ erkennen werdet/ hinwiederumb zu Uns aller gnaden/ billichen Schutz/ Schirm  
vnd desjenigen so mehr gemeltem Gottshauß zu auffnemmen vnd förderung immer ex-  
sprichtlich vnd furträchtlich sein mag/ genslich getrostet vnd verschen/ vnd zu wirtlicher  
erzeugung solches unsers wollmeinenden Gemüths/ vnd wolltragenden beuelch ewer be-  
schuhung vnd handhabung/ so mögt schr auch in vorsallenden des Gottshaußes noturff-  
ten bey Unsern Stacthalter/ President vnd Räthe ernentes Unser Furstenthums La-  
xemburg sederzeit anzaigen/ die dan von Uns beuelch/ euch vnd das Gottshauß von  
Unserntwegen/ in guttem Schutz/ Schirm aller pillichkeit Handzuhaben. Solches ha-  
ben Wir euch gnediger wollmeinung mit verhalten sollen/ vnd schr thut neben dem/ das es  
fur sich selbst ein loblich vnd Christlich werck ist/ uns auch hérin ein besonder angenehms  
wollgefallen/ hinwieder gegen euch vnd gemeinem Gottshauß mit allen gnaden zu beden-  
cken. Geben in unsrer Stadt Andtorff am xxvij. tag Februarij/ Anno 1557.

*Latine sic sonat.*

Philippus Dei gratiâ Rex Hispaniarum, Angliæ, Franciæ, Nea-  
polis & Siciliæ; Archidux Austriæ; Dux Burgundiæ, Bra-  
bantiæ &c. Comes Flandriæ.

**G**ratiosâ nostrâ voluntate cum omni bono prœuiis. Venerabiles, dilecti,  
deuoti. Cùm ad nos perlatum sit, quod per quondam nuper Electoris  
Treuitensis obitum, Monasterium S. Maximini vacet, atque eam ob rem  
dealio Prälato illi prouideri debeat, ex officio nobis incumbente, quod tan-  
quam Dux Luxemburgensis & Protector ac Aduocatus dicti Monasterii, pi-  
fertim vero pro augmentatione honoris ac diuini officii, deinde etiam ad maius il-  
lius incrementum & prosperitatem lute gerimus, intermittete noluimus vos  
hifice nostris litteris conuenire, & idcirco vos gratiōē requirimus, monentes ac  
petentes, vt memorato Monasterio prēmissā vestrā generali vnanimi electione  
prouideatis de honesto Christiano Viro vestri ordinis ac vita, & qui personali-  
ter tali officio præsit, atque etiam Monasterii negotiis tam Ecclesiasticis quam  
secularibus, vti necessitas exiger, & quam optimè vacet, se quoque erga nos, vt  
noster Cliens, vti ab antiquâ traditione & vsu conuenit, legitimè ac decenter  
gerat. In hoc non solummodo Deo omnipotenti rem bene gratam præstiterit,  
verum etiam pro vestrum omnium, & communi Monasterii bono in pristinum  
illum statum & incrementum reuocabitis. Et si utilitatem ac progressum Mo-  
nasterii, vti non dubitamus, quæsieritis, nos quoque, vt eiusdem præpositum  
Protectorem, quemadmodum ab antiquo factum, agnoveritis: vicissim à nobis  
omnem

omnem gratiam, iustum Protectionem, defensionem, illud quoque quod ad sèpius memorati Monasterij incrementum fecerit iuuenterit, à nobis plenissimè sperare poteritis; & ad actualem testificationem huiusmodi nostri propensi animi & officiosi mandati Protectionis & Conservationis: poteritis in occurribus Monasterij necessitatibus, apud nostrum Gubernatorem, Præsidem & Concilium memorati nostri Ducatus Luxemburgensis semper recurrere, qui à nobis in mandatis habent vos, & Monasterium nostro nomine in omni Protectione ac defensione, omni lute tueri. Hanc vos gratiosam nostram intentionē non voluimus celare. Et præterquam quod hoc est opus ex se laudabile & Christianum, vos quoque nobis rem singulariter gratam facitis, vicissim erga vos vestrumque Monasterium omni gratia prosequemur. Datum in nostra vrbe Antwerpia 27. Februario Anno 1556. nostri Hispanici primo, & aliorum tertio.

72.

*Philippi II. Hispaniarum Regis Diploma Datum  
Anno MDLVI.*

PHILIPPVS DEI gratia Rex Castellæ, Legionis, Arragonum, Angliæ, Franciæ, Nauarræ, Neapolis, Siciliæ, Maioricarum, Sardiniarum, Insularum, Indiarum, & terræ firmæ, maris Oceani. Archidux Austriae. Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantie, Limburgi, Luxemburgi. Geldriæ & Mediolani, Comes Habsburgi, Flandriæ, Arthefij, Burgundiæ, Palatinus & Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, Namurci & Zutphaniæ, Princeps Sueciæ, Marchio Sacri Imperii. Dominus Frisiæ, Salinarum, Mechliniæ, territorij Traiectensis citra & ultra Insulam, & Groningæ, nec non Dominator in Asia & Africa. Cum ex porrextâ nobis Supplicatione Reuerendi Patris Abbatis & deuotorum nobis in Christo dilectorum religiosorum, Prioris & Conuentus Monasterii Sancti Maximini in suburbio Ciuitatis Treuirense, ordinis Sancti Benedicti: quam literarum munimentis desuper exhibitis nobis innotuerit, qualiter præfatum Monasterium Sancti Maximini à Diuis Romanorum Imperatoribus antiquissimè fundatum, variisque iuribus, Dominiis, possessionibus, priuilegiis, exemptionibus, prærogatiis & libertatibus decoratum & dotatum fuerit, quodque Illustres Prædecessores nostri, Duces Lucemburgi & Comites à Chini ex speciali priuilegio Imperiali Aduocatiam supremam ipsius Monasterii diutissimè commissam obtinuerint. Atque illud Monasterium in capite & in membris, eiusque homines, bona, redditus, ac Iura ipsorum, siue in Ducatu Luxemburgensi, siue extra sita sint, contra iniuriam, turbationem, violentiam, aut molestiam quorumcunque, vel cuiuscunque status aut præminentiae essent, protegere, manuteneret, defendere, & à grauaminibus, violentiis, oppressionibusque conseruare consuerint. Ipsi autem vice versa maiorum suorum vestigiis insistendo nobis & Successoribus nostris, Ducibus Luxemburgensis omnem reuerentiam, fidem & honorem, quæ de Iure aut consuetudine tenentur in perpetuum præstare, promiserint. Ac ea propter à nobis humiliter petierint, ut eos iuxta morem prædecessorum nostrorum, clementer in nostram protectione, tuitionem, defensionem & speciali Saluaguardiâ suscipere eorumq; libertates, prærogatiwas, & priuilegia prædicta confirmare dignaremur: Notum facim⁹, quod nos sacrorū Imperatorū, & aliorū progenitorū nostrorū vestigiis inhæretes, consideratā laudabili obseruatiā

regu-

